

CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA

172

----/--/--

Mandas testamentarias de don Pedro Martínez.

B.- Tombo, f. 64v.

Testamentum domni Petri Martini de vno seruiciale a Sancto Justo in Sancto Cristoforo.

Hec est manda domni Petri Martini que fecit in infirmitate sua. In primis mando corpus meum Antealtari cum una mula et cum uno seruiciale in Tueuri et cum alio in Trigario et cum populantia de alio in Currispindo; uno seruiciale in Riba de Sar Sancte Mar*<e>*i>e de Sare; et Froyla de Heerosa Sancte Taasie; et unum seruiciale in Sancto Christofaro Sancto Iusto, et duos in Noctabus si mandauerit suus pater hereditatem monasterio habeant si non habeant porcionem suam et sui fratris hereditatem quam ganauit de Froyla Pelayz suam medium inde Sancto Justo et Moyramia per medium. Item medium de Villar Sardum, et cetera. Si ipsas mancicias fuerint mortuas dent gentes mee et seniores Sancti Iusti hereditatem meam pro anima mea ubi uiderint pro directo, et cetera.